

SERENISSI-
MO, AUGUSTOQ.

Principi ac Domino, Domi-
no FRIDERICO I. Bohemiar Regi poten-
tiss: Comiti Palatino ad Rhenum, Sacri Romani
Imperii Archi Dapifero & Electori, Vtriusq; tam
Bavaria quam Silesia supremo, ut & Lutzembur-
gensium, Duci, Moravia & Lusatia Superioris
Inferiorisq; Marchioni, Comiti in Vel-
dentz & Spanheim &c. Regi, Principi
& Domino suo Clementissimo.

de

AVSPICATO IN METRO-
polin Vratislaviam ingressu, & Homagii
à Principibus & Statibus Silesia prestandi su-
sceptione, gratulans humilimè

offert

Is

Cujus nomen infra.

BREGÆ, Typis Sigfridianis. ANNO MDC XX.




Credo ego nasutos fore, iudicioq; severos,
 Qui dum se Criticos sapere, & scire omnia rētur,
 Dicant, me nunquam latices libasse beatos
 Pegasei fontis, sacras & Phocidos undas,
 Nec Lauro aut hedera dignum vel nomine Vatis,
 Quòd non Harpyjas, Circen, triplicemq; Chimæram
 Aut alias refero nugas, ut carmine nautas
 Syrenes capiant, ut Perseus aëra tranet,
 Fulciat ut cælos Athlas, mutantur ut ipsa
 In saxa & statuas humanæ Corpora formæ,
 Ista decere putant deliramenta poëtas.
 Sed mihi non fas est, fabellas edere tales,
 Monstraq; , figmentis aures illudere nolo.
 Cum titulo, quia collata est mihi Dia poësis,
 Somnia, garritus, mendacia vana valento,
 Adiunto veris & consentanea sacris,
 Quæ Deus, ac Ecclesia, quæ probet omnis honestus,
 Hinc in perpetuam laudem omnipotentis Ihovæ
 Nec non Augusti quædam pro Regis honore
 Gratans atq; precans tenui meditabor avena.



Qualis erat quantusq; I E H U bellator, & Idem
 Zelotes, charus, moriger atq; Deo:

Talis



80041/23 096

Talis es & tantus, Rex Invictissime, quando
 Expurgas sordes Bâalis Ausonii.
 Vult D E U S hoc, id & astra cient, oracula svadent,
 Poscunt, Relligio, Tempora, Fata, Salus:



GRatulor lætus tibi tam benignam
 Else Fortunam, superosq; mites,
 Utq; Sors hunc perpetuet favorem,
 Sedulus oro.

Rebus in tantis animosus atq;
 Fortis appare, sapienter idem
 Non tuis, sed viribus æviterni

Fide Jehovah.

Hic novos fasces, decus, ausa, Zelum,
 Cælicâ præsens Benedictione,
 Per Ducem CHRISTUM bona dirigentem
 Cuncta, beabit.



Optat Te Dominum, Danubius sibi
 Tybris præterea, Moenus & Adria,
 Nec non Oceani tractus, Iberiæ
 Sceptra Gens tua diliget.

A 2

Invasit

Invasit Populos insatiabilis
Ardor, sub lue, Papæq; tyrannide,
Dulce Evangelii dogma capessere,
 Quæis Soter medicabere.

Aude Filioli perdere perditum
Regnum, macte, Dei Ecclesiolam tuo
Instaurare Pædo, quæ modò porrigit
 Summus Pastor Ovilium.

Communis & querela fit per Curiam,
 Justi quòd extent vix adhuc scintillæ,
Quas excitare muneris tui ratus,
Legum jube vigorem & observantiam,
Non corda Iudicum, datis corrumpier,
Nec in Foro, dolum tenere quid loci.

Amoris inclinatio,
 Et gratia propensio
Plus obtinet, quam Codicis
Liber suis cum Legibus.
Quin, vis, favor potest & as,
Honoris ac Scientiæ
Pulcrum decus infringere,

Ipsamq; Jus pervertere,
 Probatum assuetudine,
Malo est: medebere,
Ob hanc opem lautatere
Largitor ejus optime,
O Rex, in omni tempore.

Non

Non hoc vinea Nabothæ tantum
 Seclo, diripitur manu tyranni,
Multas res alias sed experimur
Iri perditum, acerba fata questas,
 Miserarum satis, Invocationis
Sanctorum satis, ex sacra Synaxi
Ereptus laicis Calix diu, sat
Purgatoria ficta, quæis inemptas
Fures Papicolæ palam vorarunt.
Mundi delicias, Soli medullam,
Hæredes spoliare non verentes,
Per deliria tot bonis avitis
Ob quas, Ira Dei, malignitates,
Horrendiq; bdelygmatis furores,
Imponit populis ubiq; poenas
Pestes, bella, famem, luem nefandam.

Hic de Religione grex,
 Vera dissonus & procul
Abscedens, struet invidus
Sceptris insidias tuis,
Rex Fridrice potens, quod et
 Armorum prohibent, gravi
Implere & facere impetu,


Custodes Superi, Cohors
 Tentabit mala toxicis.
Aut quæiscunq; aliis modis,
Artes doctæ ad eas probè.
Sunt & præterea Viri
Non pauci numero Vastri
 Qui mallet dominarier

A 3

Pro

Pro te Rege, alium Ducem.
Hunc si militibus foret
Præstò, poptite supplices
Curo suscipere Herum
Jurandi immemores sui.
Horum blanditias scies
Dignovisse catus, fidem
Vt nullam tribuas, doles

Intra se meditantibus
Nec sunt munera talium
Munus, sed data noxia.
Cedant Officii gradu
Quotquot pectore claudicant.
Technas, providus ô cave,
Consolareq; Te, Dei
Quod defenderis Angelo.



NAM cùm Te DOMINUS tanta ad fastigia tollat,
Induperatorem, Gensq; Bohema creet.
Ac tua Majestas Regimen Diademate cæptet,
Auspicium felix opto sit, idq; precor:
Numina te Regem faciant in pace beatum,
Victorem Martis constituentq; trucis.
Nomen ut obtineas cum Re, cumq; omine dextro,
Irene sub Te floreat, absit Eris.
Quod tamen Ottocaro prius abstraxere Bohemo,
Arripe processu, jure referq; pari.
Accedant reliquæ semper pro tempore Gazæ,
Ac animo verè Regia cõna tuo.
Sis intellectu Salomon, David pietate,
Iustitiã Iosaphat, prosperitate Iehu.
Electoralis Te provehat inde Potestas,
Antiquas Romæ possideas ut opes.
Quod precor eveniet, non vaticinamur inanes,
Numen inest nobis, Spiritus èq; Polo.

Hinc

Hinc ego Laurigerus, sine non ratione Poëta
Auguror imbutus Flamine, sic quod Erit
Sic ERIT, audi ERIT hoc responsant omnia circũ,
Fatidicumq; Echo læta remittit: ERIT.
Ominis hæc fausti faciet rata signa, Ichova,
Qui cui vult Regni scepra dat atq; rapit.

Regia V. Majestatis

Mancipatus

Subditus

Magister Johannes Scultetus
Poëta Coronatus Imperialis.



Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



Faint text at the bottom of the page, possibly a signature or date.



.24

A DOMINO factum est istud, & est
Mirabile.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI & DOMINO,
DOMINO

FRIDERICO,
REGI BOHEMIAE, COMITI
PALATINO AD RHENUM, S.
R. IMPERII SEPTENVIRO, Duci Bavariae,
Marchioni Moraviae, Duci Silesiae & Lu-
cemburgi, Marchioni Lu-
saciae, &c.

VRATISLAVIAM
Silesiorum Metropolis
XXIII. Februarii M. DC. XX.
feliciter

INGREDIENTI;
Domino meo Clementissimo,

Haec humilimi Cultus Arrhas ad Bonae Famae & Memoriae
Araspono
PETRUS TITIUS Phil. & Med.D.

BRESLAE
Excudebat Georgius Bauman.

+ V. 64.
11-17